Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



xlviij

nitate carne tua. atq; mundaberis. Iratus autem naaman. recedebat dicens. Putabam qd egrederetur ad me: et stans invocaret nomen dni dei sui. et tangeret manu sua locum lepre. et mundaret me. Numqd non meliores sunt abana et pharphar fluvii damasci omib aquis israel. ut lauer in eis et munder. Cum ergo avertisset se et abiret indignans. accesserunt ad eum servi sui. et locuti sunt ei. Pater. et si rem grandem dixisset tibi ppha. facere debueras. Quanto magis qa nunc dixit tibi lavare. et mundaberis? Descendit ergo et lavit in iordane septies iuxta sermonem viri dei. et restituta est caro eius. sicut caro pueri parvuli. et mundatus est alep. Reversusq est ad virum dei cum universo comitatu suo. venit et stetit coram eo et ait. Vere scio qd non sit alius ds in universa terra. nisi tantum dns ds israel. Gr. Oculi omnium me[illegible] am nunqa in bi po sui i la[illegible] crimas me as in conspectu tu o. [illegible] Miserere mihi domine quoniam conculcatus me ho mo tota die et vel[illegible] lans tribula tus me. [illegible]

In illo tp. Dixerunt pharisei ad ihm. Quanta audivimus Lucā. facta in capharnaum. fac et hic in patria tua. Ait aut. Amen dico vobis. qa nemo ppha acceptus est in patria sua. In veritate vobis dico. multe vidue erant in diebus helie in israel. qndo clausum est celum tribus annis et menses sex. cum facta esset fames magna in omni terra. et ad nullam illarum missus est helias. nisi in sarepta sydonie ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in israel sub helyseo ppha. et nemo illorum mundatus est. nisi naaman syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira.